

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia**

**Jacobus <Genua, Erzbischof>**

**[Lyon], 20. Juli 1486**

De sancto Andrea ii

[urn:nbn:de:bsz:31-289352](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289352)

rente sententiā appellari in regno suo non potest. quia in regno suo nullū supra se habet. Similiter nec ab imperatore vel papa potest appellari. Scđo ppter criminis euidentiā quia quādo crimen notoriū est. non potest appellari. Tercio ppter rem non differendam. quia res nō recipit dilationē. qz forte ex dilatione detrimentum pateret. Similiter ppter hanc triplicē rationē ab illa sententiā non poterit appellari. Primo propter iudicis excellētiam. quia iudex ille nullus supra se habet. sed ipse omnes excedit eternitate. dignitate et potestate. Unde ab imperatore vel papa posset aliquomō appellari ad deū. a deo autē ad nullū licet. qz supra se nullū habet. Scđo ppter criminis euidentiā Omnia enī scelera et crimina reproborū ididez nota erunt et manifesta. Hiero. Aderit illa dies in qua facta nostra quasi i quādā tabula picta demonstrabunt. Tercio ppter rem non deferendā nichil enī qđ ibi agit dilationē patitur. sed oīa in momento in ictu oculi peraguntur.

De sancto andrea

ii A



**A**ndreas interpretatur decorus vel respōdēs vel virilis. ab amor, qđ est vir. vel dicitur andreas quasi ātropos id est homo. ab ana qđ est sursum et tropos qđ est cōuersio. quasi sursum ad celestia conuersus et ad suum creatore erectus. fuit ergo decorus i vita. respōdēs in sapiēti doctrina. virilis in pena. et antropos in glia. Ei<sup>9</sup> passionem p̄sbiteri et dyaconis achape seu asye sicut oculis viderant conscripserunt. B

**A**ndreas et quidam alij discipuli tribus vicibus a dño sunt vocati. Primo enī vocauit eos ad sui notitiā sicut quādo stāte andrea die quadā cum iohē magistro suo et alio condiscipulo audiuit a iohē. Ecce agnus dei etc. Et statim cum alio discipulo venit et vidit vbi manebat iohē et manserunt apud illum die illo. Inueniensqz andreas fratrem suum symonem adduxit illū ad ih̄m. Sequenti autē die ad piscationis opera redierunt. Postmodū scđo vocauit eos ad sui familiaritates sicut cum die quadā turbis irruentibus ad ih̄sum iuxta stagnum genasareth qđ dicitur mare galilee nauim intrauit simonis et andree. et capta multitudine magna pisciū vocatisqz iacobo et iohāne qui erant in alia naui secuti sunt eum et iterū ad ppria redierūt. Sed postea tercio et vltimo vocauit eos ad sui discipulatum. sicut ambulante ih̄esu iuxta idem litus. vocauit eos de piscatione dicens. Venite post me faciam vos fieri etc. Qui relictis oibus secuti sunt eum. eiqz semp postmodū adhaeserunt. nec vltra ad ppria redierunt. Nichilominus tamē vocauit andream et quosdam de suis discipulis ad ap̄latum. De qua vocacione dicit mar. iij. Vocauit ad se quos voluit ipse. et venerunt ad eū et fecit vt essent duodecim cum eo. **C** Post ascensionem domini diuisis apostolis andreas apud scythiam. martheus apud murgundias predicauit. Vri autē illi predicationē marthei penitus respūctes ei oculos eruerunt. et vincitū incarcerationū. post paucos dies occidere eū disponentes. Interea angelus domini sancto andree apparuit. et murgundia ad sanctū martheū ire p̄cepit. Quo respondēte se viam nescire. iussit vt ad ripā maris iret. et ad primam nauē quāz inueniret intraret. Qui velotius iussa complēs ad urbem predictā venit angelo duce. et prospero vento flante. et inuēto aperto carcere sancti marthei eoqz viso fleuit plurimū et orauit. Tūc dñs martheo reddidit beneficiū duoz luminū quibus eū priuauerat neqcia peccatorū. Marthe<sup>9</sup> autē ab inde recessit et antiochiam venit. Andrea vero murgundia remanente irati illi de euasione sancti marthei andrea p̄p̄hendunt. et p̄ plateas ligatis manibus pertrahūt. Cūqz eius sanguis efflueret. p̄ eis orauit et ad christū eos sue orōne cōuertit. inde in achayā p̄fiscēs. Docuitē quod dicitur de huiusmodi oratione marthei et restitutiōe duoz luminū per andream non puro dignum fidei ne in tanto euāgelista minoratio infima denotet. quasi sibi nō potuerit obtinere qđ andreas ei tam facile impetrauit. **A** Quidam iuuenis nobilis duz

inuitis parētibus apostolo adhaesisset. parētes ei⁹  
domū in qua morabatur cum apostolo succēderūt  
Lunq; iam in altū flamma succrederet. puer acce-  
pta ampulla super ignē sparsit. et statim ignem ex-  
tinxit. Illis autē dicentibus filius noster magus ef-  
fectus est. dum per scalas vellent ascendere adeo  
sunt excecati. vt ipas scalas penitus non viderent  
Tunc quidā exclamans ait. Ut quid vos stulto la-  
bore consumitis. deus pugnat pro eis. Et vos non  
videtis? Cessate iam ne in vos ira dei descendat.  
Multi ergo videntes dño crediderunt. Parētes  
vero eius post quinquaginta dies mortui i vno mo-  
numēto sunt positi. Quaedam mulier cuidam homi-  
cide coniuncta. cum parere non posset foror sue di-  
xit. Vade et pro me dyanam dñam nostrā inuoca.  
Cui inuocanti ait dyabolus. Cur me inuocas cum  
tibi pdesse non possim? Sed vade ad andrea apo-  
stolū qui fororem tuā poterit adiuuare. Ad quē cū  
iussit. et apostolū ad forores periclitantē duxisset  
dixit ei apostolus. Recte hoc patris quia male nu-  
psisti. do' ose cōcepisti. et demones cōsuluisti. Sed  
tamen penitere et in xpm crede et puerum proijce  
Qua credente abortiuū protulit. et dolor recessit.

**¶** Senex quidam nomine nicolaus adijt a-  
postolum dicens. Domine ecce. lxx. anni vite mee  
sunt in quibus semp luxurie deseruiui. Accepi autē  
aliquando euangeliū orans deus vt michi amodo  
continentiā largiret. Sed in ipso peccato inuetera-  
tus. et a mala cōcupiscentia illectus statim ad op⁹  
solutū reuertebat. Quadam igitur vice cōcupiscentia  
inflāmatu oblitus euangeliū quod sup me pesue-  
ram ad lupanar iui. Satimq; meretrix dixit michi  
Egredere senex. egredere. quia angelus dei es tu  
ne me cōringas neq; huc accedere psumas. video  
em sup te mirabilia. Stupefact⁹ ad verba meretri-  
cis recolui q; mecum euangeliū detulissem. Tunc  
igitur sancte dei p salute mea tua pia oratio interce-  
dat. Audiens hoc beatus andreas flere cepit. et a  
tercia vsq; ad nonā orauit. et surgens noluit come-  
dere. sed ait. Non comedā donec sciam si dñs mise-  
rebitur huius senis. Lunq; diebus quinq; ieiunas-  
set. venit vox ad andrea dicens. obrines andrea pro  
sene. sed sicut per ieiuniū macerasti te. sic se et ipse  
affligat ieiunijs vt saluetur. Sicq; fecit et sex men-  
sibus pane et aqua ieiunauit. et postmodū plenus  
bonis operibus i pace requiuit. Venit igitur vox ad  
andrea dicens. Per orationem tuam nicolaus quē  
perdideram acquisiui. **¶** Quidā iuuenis xpianus  
secretius sanc'o andree dixit. Mater mea pulchrū  
me videns de opere illicito temptauit. cui dū nul-

latus assentire iudicem adijt. volens in me cri-  
men tantē nequicie retorquere. Sed ora pro me  
ne moriar tam iniuste. nā et accusatus penitus reti-  
cebo mallēs vitā perdere. q; matrem meā ita tur-  
piter infamare. Iuuenis igitur ad iudiciū vocat et  
illuc eū andreas psequit. Accusat pstanter mater  
filii q; se voluerit violare. Interrogatus pluries  
iuuenis an res taliter se haberet. nichil penitus re-  
spondebat. Tunc andreas matri dixit. Crudelissi-  
ma feminariū que per tuā libidinē vnicū filium tuū  
vis perimere. Tunc illa preposito dixit. Domine  
huic homini filius meus adhaesit postq; hoc agere  
voluit sed nequiuit. Iratus itad iudex iussit pue-  
rum in saccum linitum pice et bitumine mitti. et in  
flumine proijci. andreas vero in carcere referuari  
donec excogitaret suppliciu quo periret. Sed orā-  
te andrea tonitruum horribile omnes terruit. et  
terre motus ingens cunctos prostrauit. et mulier a  
fulmine percussa et arefacta corruit. Oratibus autē  
ceteris aplm ne perirent. orauit pro eis omnia ces-  
sauerūt. Tunc prepositus credidit et domus eius  
tota? Cum autē esset apls in ciuitate nicea dixerūt  
ei ciues q; extra ciuitatem secus viam septem de-  
mones erant qui ptererentes homines occidebāt  
Quibus ad iussus apli ante populū in specie canū  
venientibus pcepit vt illuc irent. vbi nuli hominuz  
nocere possent. Qui statim euauerunt. Illi autē  
homines hoc viso fidem xpi susceperunt. Et cū ve-  
nisset ad portā alterius ciuitatis. ecce quidā iuue-  
nis mortuus ferebat. Querēte aplo quid ei accidis-  
set. dictū est ei q; septem canes venerunt. et eum in  
cubiculo necauerūt. Et lachrimans apostolus ait.  
Scio dñe q; fuerūt demones quos a nicea v: be-  
puli. Dixitq; patri. Quid dabis michi si suscitaue-  
ro filium tuum? Cui ille. Nil carius ego possidebā  
ipsum ergo tibi dabo. Et facta oratione surrexit et  
aplo adhaesit. Cui quidā viri numero quadragin-  
ta ad apostolū nauigio venirēt vt ab eo fidei do-  
ctrinam reciperent. ecce a dyabolo mare concitaf.  
et omnes pariter submergunt. Cum autē eorū cor-  
pora ad litus delata fuissent ante aplm deportantē  
et ab eo continuo suscitant. Qui omnia que sibi ac-  
ciderant narrauerūt. Unde in quodā hymno ipi⁹  
legit. Quater denos iuuenes submersos maris flu-  
ctibus vite reddidit vsibus. Item magister iohes  
beletb. ait de festo sancti andree. **¶** Sciendū est inq;  
q; niger fuit colore. barba proluxa. statura medio-  
cris. **¶** Beatus igitur andreas in achaya consi-  
stens totā eam ecclesijs impleuit. ac plurimos ad  
fidē xpi cōuertit. Uxorē quoq; egree pcosulis fidē

xpi docuit et sacro baptismatis fonte ipsam regene-  
rauit. Audiens hoc egeas. patras ciuitatu ingredi-  
tur. compellens xpianos ad sacrificia ydoloru. Cui  
occurrēs andreas dixit. Oportebat vt tu q iudex  
hominu esse meruisti in terris. iudicē tuum qui in  
celis est agnosceres et agnitū coleres. et colendo  
animū a falsis dijs penitus reuocares. Cui egeas  
Tu es andreas qui supersticiosas pdicas sectā quā  
romani principes nuper exterminare iusserūt? Ad  
quē andreas. Romani principes nondū cognoue-  
rūt quomō filius dei veniēs docuerit ydola esse de-  
monia que docēt vnde offendatur deus. vt offen-  
sus ab eis auertatur. et auersus nō exaudiat. et nō  
exaudiēdo ipsi a dyabo'o capriuent et capriui tā-  
diu deludātur donec nudi de corpore exeant nichil  
secum p̄ter peccata portantes. Cui egeas. Ista va-  
na iherosolus vester pdicans crucis. patibulo est affixus  
Cui andreas. Pro restoratione nostra non p cul-  
pa sua crucis patibulum sponte suscepit. Ad quem  
egeas dixit. Cum a suo discipulo fuerit traditus et  
a iudeis tentus. et a militib' crucifixus. quomō tu  
dicis eum sponte crucis subisse supplicium? Tunc  
andreas quinq; rationibus cepit ostēdere xpm vo-  
luntarie passum fuisse. *res ex eo q; passionē suam  
preuidit et discipulis futurā pdixit. Ecce iniquens  
ascēdimus hierosolimā etc. Et ex eo q; petro eū ab  
hoc auertere cupiēte dure indignatus fuit dicens.  
Vade post me sathana etc. Et ex eo q; petro vsq;  
scilicet paciēdi et resurgēdi se potestatem habere  
re manifestaui dicēs. Potestatem habeo ponē-  
di animā meā. et iterū sumēdi eā. Et ex eo q; pro-  
ditorem p̄cognouit cū panes intinctū ei dedit. nec  
tamen vitauit. Et ex eo q; locum in quo proditorē  
venturū sciebat elegit. Et his omnibus se inter fuis-  
se asseruit. Addiditq; andreas q; misteriu crucis  
magnum esset. Cui egeas. Misterium dici non po-  
test sed supplicium. Verū tamen nisi michi obrēpe-  
raueris. ipm misteriu in te faciam experiri. Cui an-  
dreas. Si crucis patibulū expauescerē. crucis glo-  
riam nō predicarē. Audire autē te volo misteriu  
crucis. si forte credas. ipm agnitū cō as vt salueris*  
**T**unc cepit ei misteriu redemptionis pan-  
dere. et q; congruū et necessariū fuerit quinq; ra-  
tiōibus persuadere. Prima ratio est q; quia primus  
homo per lignū mortē intulerat preuaticādo. con-  
gruū fuit vt secundus homo per lignū mortē repel-  
leret patēdo. Scda q; quia de immaculata terra  
factus fuerat preuaticato. congruū fuit vt de immā-  
cūlata nasceretur virgine reconciliato. Tercia q;  
quia adā ad cibum vetitū incōtinenter manus ex-

tenderat congruū fuit vt secundus adam in cruce  
immaculatus manus extēderet. Quarta q; q; ad  
cibū suaves vt. tum gustauerat. congruum fuit ad  
hoc q; contrarius repellere contrario. vt xps esca-  
fellea abaretur. Quinta quia ad hoc q; xps nobis  
suam immortalitē cōferret. congruū fuit vt nostrā  
sibi mortalitē assumeret. Nisi eī deus factus fuisset  
mortalis. homo nō fieret immortalis. Tūc egeas  
dixit. Hec vana tuis narra et michi obrēpera dijs  
q; omnipotētibus sacrificia. Cui andreas. Omīpo-  
tēti deo agnum immaculatū quotidie offero. Qui  
postq; a toto populo cōmestus fuerit. viuus et inte-  
ger p̄seuerat Egeas quomō hoc fieret requirit dixit  
andreas vt formā discipuli assumeret. Cui egeas  
Ego cum tormētis a te exigam rei notitiam. Ira-  
tusq; iussit eū in carcere recludi. Mane factus tribu-  
nalis sistrum. et ad sacrificia ydoloru egeas eum ite-  
rum inuitare cepit dicens. Nisi mi. bi obrēperaue-  
ris. in ipam quam laudasti crucē faciāte suspēdi.  
Tunc ei multa supplicia minare respōdit. Quic-  
quid tibi vide in supplicijs maius excogita. Tan-  
to em̄ regi meo ero acceptior. q̄pro fuero pro noīe  
eius in tormentis constātor. Tunc iussit eum a. xxi  
hominibus cedi. et cesum manibus et pedibus cru-  
ci alligari. vt sic longiores reciperet cruciatū. Cūq;  
duceretur ad crucē. factus est concursus populoru  
dicentiū. Innocēs sanguis eius sine causa dānāf.  
Quos tū rogauit apl's ne suū martiriū impeditēt  
Vidēs autē andreas a longe crucē salutauit eam di-  
cens. Salue crux que in corpore xpi dedicata es.  
et ex mēbris eius tanq; margaritis ornata anteq;  
in te ascenderet dñs timorem terrenum habuisti.  
modo vero amorē celestē obtinens. p voto suscipe-  
ris. Securus igitur et gaudens venio ad te. vt tū  
exultās suscipias me discipulū eius qui pependit  
in te quia amator tuus semp fui. et desiderauī am-  
plecti te. O bona crux que decorem et pulchritudi-  
nem de mēbris dñi suscepisti. diu desiderata solici-  
te amata. sine intermissione q̄stra. et iam cōcupiscē-  
ti animo preparata accipe me ab hoībus et redde  
me magistro meo. vt p te me recipiat. qui p te me  
redemit. **E**t hec dicēs se exiit et vestimēta  
carnificibus tradidit. Sicq; eum in cruce vt iustum  
fuerat suspenderunt. In qua biduo viuens viginti  
milibus hominum assantium predicauit. Tūc mi-  
nante turba egeas mortem. et dicente virū sanctum  
mansuetū et piū non deberet ira pati venit vt ipm  
deponeret. Quē vidēs andreas dixit. Quid tu ad  
nos venisti egeas? Si pro penitētia ipam cōseque-  
ris. si autē vt me deponas. scias quia ego viuus de-

## De sancto Andrea

cruce non descendam. Jam enim video regem meum qui me expectat. Et cum vellent eum soluere. nullo modo poterat ad eum pringere. quia statim eorum brachia stupida reddebant. Videns autem andreas quod plebs volebat eum deponere. hanc orationem in cruce fecit ut dicit augustinus in libro de penitentia. Ne me per mittas domine descendere viuam. sed tempus est ut commendas terre corpus meum. tandem enim portauit tam diu super commendatus vigilauit et laborauit quod vellet iam ab ipsa obedientia liberari. et isto grauissimo indumento spoliari. Recordor quod tunc in portando onerosum. in domando supbum. in fouendo infirmum. in cohercendo lasciuum. laborauit. Scis domine quotiens a puritate contemplationis retrahere me contendebat. quotiens a dulcissimo quietis tue somno me excitare obtinebat. quod tunc et quotiens laborum in gerebat. Qui igitur tam diu ut potui patenter benignissime pugnati restiti et tua ope supauit. a te iusto remuneratore et pio posco. ne michi id ultra commendes sed depositum reddo. Commenda alij nec me illo ultra impediatis. et resurrecturum seruet et reddat. ut et ipsum quoque meritum sui laboris recipiat. Terre id commenda ut me amplius vigilare non oporteat. et libere ad te fonte indeficientis gaudij tendere auxiliari iam non retrahat nec impediatis. Hec augustinus. His dictis splendor nimius de celo veniens dimidia hora cum circundedit. ita ut nullus eum videre posset. Et abscedente lumine simul cum ipso lumine spiritum tradidit. **M**aximilla vero vxor egee tulit corpus apostoli sancti. et honorifice sepeluit. Egeas vero antequam domum suam redisset arreptus a demone in via coram omnibus expirauit. Aiunt quoque de sepulcro sancti andree mamma in modum farine oleum cum odore suauissimo emanare. a quo que sit anni futuri sterilitas incolis regionis ostenditur. Nam si exiguum perfudit. exiguum terra exhibet fructum. si copiose copiosum. Hoc forte antiquitus verum fuit. sed modo eius corpus apud constantinopolim translatum esse perhibet. **C** Episcopus quidam religiosam habens vitam beatum andream inter ceteros sanctos in veneratione habebat. ita quod incunctis suis operibus hunc semper titulum preponebat. ad honorem dei et sancti andree. Inuidens igitur viro sancto hostis antiquus ad eum decipiendum tota calliditate se protulit. seque in formam mulieris pulcherrime transformauit. Venit igitur ad palatium episcopi. afferens se velle confiteri eidem. Mandat episcopus ut suo penitenciali confiteatur. cui plenitudinem tradiderat potestatis. Renunciat illa quod nulli hominum nisi sibi secreta sue conscientie reuelabit. Sicque con-

uictus episcopus eam ad se venire precepit. Cui illa. Obsecro domine miserere mei. Ego enim in annis puellaribus ut cernitia constituta. et a puericia delicate nutrita. necnon et regia stirpe progenita. huc in peregrino habitu sola veni. Nam pater meus rex vtriusque valde potens cuidam magno principi me volebat in coniugium sociare. Cui respondi quod somnum thorum ab hominibus maritalem. quod virginitatem meam christo in perpetuum dedicaui. et ideo nunquam possem in carnale copulam consentire. Denique sic artata quod oportebat me aut eius voluntati durissime obedire. aut certe diuersa subire supplicia lateer fugam inueni. magis eligens exulari quam sponso meo fide infringere. Audiens vero vestre sanctitatis preconiis sub alas vestre protectionis confugi. sperans me apud vos locum reperire quietis. vbi possem contemplationis. carere secreta silentia. presentisque vite vitare naufragia. et perturbationem mundi fugere perstreperis. Admirans in ea episcopus nobilitatem generis pulchritudines corporis. tam immensum feruorem. et tantam eloquentie venustatem. placita et benigna voce respondit. Esto secunda filia. ne formides quod ille ob cuius amorem te et tuos et tuam tam viriliter contempsisti. tibi ob hoc et in presenti cumulum gratie et in futuro plenitudinem glorie largietur. Sed et ego seruus eius me et mea tibi offero. Eligasque vbi tibi placuerit mansionem. Uolo autem ut hodie mecum prandere debeas. Cui illa. Noli inquit pater noli de hac re me rogare. ne forte ex hoc aliqua mali suspicio pueniat. et nitor fame vestre denigrationem aliquam patiar. Ad quam episcopus dixit. Plures enim et non solum et ideo nullum mali suspitionis scrupulum in aliquo poterit generari. Venientes itaque ad mensas episcopus et illa ex opposito condescenderunt ceteris residetibus hinc et inde. Intendit in eum crebris episcopus eiusque faciem non desinit intueri. et pulchritudinem ammirari. Sicque dum oculus figit animus sauciatur. Et dum eius faciem non desinit intueri antiquus hostis cor eius graui iactio vulnerauit. Perpendit hoc et ipse dyabolus et pulchritudinem suam cepit magis ac magis augere. Jamque episcopus proximus erat consecrati. ut eam de illicito opere attemptaret. quando possibilitas se offerret. Tunc subito quidam peregrinus venit ad ostium. crebris ictibus pulsans. et magnis clamoribus postulans sibi aperiri. Cuius aperire nolent et ille magnis clamoribus et ictibus nimis eis fieret importunus. interrogat episcopus mulierem si ingressum illius peregrini hominis acceptaret. Cui illa dixit. Proponas tibi aliam qua questio satis grauis quam si enodare scierit admittat. Si autem nescierit. tanquam inficius et indignus.

episcopi p̄ntia repellat. fauēt eius oēs sentētie et quis sufficiens esset hanc questionē p̄ponere scisci tantur. Tunc nullus sufficiens inueneret. episcopus dixit. Quis em̄ nostrū ad hoc tam sufficiens est sicut vos o dñia. que ceteros nos et eloquentia p̄ceditis. et sapientia nobis omnibus amplius rutilatis? Vos igitur hanc p̄ponite questiones. Tunc illa dixit. Interrogatur quod est maius mirabile qd̄ deus yn̄q̄ in parua re fecerit. Interrogat̄ de hoc peregrinus per nunciū dixit. Diuersitas et excellētia facierum. Inter tot em̄ homines qui fuerunt ab initio mundi et vsq̄ in finem futuri sunt duo reperiri non possent. quoz facies per om̄ia similes essent. et in ipsa quoq̄ tam minima facie omēs sensus corporis deus collocauit. Audiētes oēs eius respōsionem admirantes dixerūt. Vera et optima est solutio questionis. Tunc mulier ait. P̄ponat sibi sc̄da questio gramoz. in qua melius possumus eius sapientia experiri. Querat ab eo vbi terra sit altior omni celo. Percunctat̄ de hoc peregrinus respōdit. In celo empirco vbi residet corpus xp̄i. Corpus em̄ xp̄i qd̄ est altior omni celo est de nostra carne formatū. Porro caro nostra que dam terrea substantia est. Quare ergo corpus xp̄i sup̄ om̄es celos sit et de nostra carne originē duxerit. caro aut nostra de terra sit condita. constat qd̄ vbi corpus xp̄i residet. ibi p̄culdubio terra altior celo manet. Refert nunciū que responderat peregrinus. Et ecce omnes respōsiones eius mirabiliter approbat. et magnifice sapientia eius laudat. Tunc illa iterum dixit. fiat ei tertia questio grauissima et occulta. et ad soluendū difficilis et obscura. vt sic eius sapientia tercio comprobet. et dignus sit vt ad mensuram apiscopi merito admittat. Queratur ab eo q̄tum spacium sit a terra vsq̄ in celū. Requisitus de hoc peregrinus nunciū dixit. Uade ad eum qui te misit ad me et de hoc diligenter percunctare. Ipse em̄ melius me hoc nouit. et ideo tibi de hoc melius respondebit. Nam ipse illud spacium mensurauit qm̄ de colo in abyssum cecidit. ego autē de celo nunq̄ cecidi. et ideo illud spacium nunq̄ mensuraui. Nō enim est mulier sed dyabolus qui se posuit in similitudinē mulieris. Audiens hoc nunciū uehemēter expaui et ea que audierat coram omnibus recitauit. Mirantibus itaq̄ omnibus et stupētibus antiquus hostis de medio corū euauit. Episcopus autē rediens ad se redarguit amare semetip̄m et de perpetrata culpa ueniā lamētabiliter precabatur. Misitq̄ nunciū vt peregrinū introduceret. sed ne quāq̄ amplius inuenit. Tunc ep̄s populum cōuo-

cauit et eis euidenter exposuit ordinem geste ref̄. p̄cepitq̄ vt oēs ieiunijs et orationibus insisterēt si forte dominus reuelare alicui dignaret. quibus ille peregrinus fuerit. qui cum a tanto periculo liberauerit. Reuelatū est aut̄ illa nocte ep̄s. opo qd̄ beatus andreas fuerit. qui p̄ liberatione ip̄ius se posuerit in habitu peregrini. Cepit igitur ep̄s in deuotione beati andree magis crescere. ac eū exinde in reuerentia plus habere. ¶ Cum p̄positus quidam cuiusdam ciuitatis agrū sancti andree abstulisset. et ob hoc grauissimis febribus orante ep̄o fuerit correptus. ille ep̄iscopum rogauit vt pro se oraret. et agrum sibi redderet. Sed cum orante ep̄o sanitatem recepisset. agrum iterum vsurpauit. Tunc ep̄s orationi se dedit et omnes lampades ecclesie fregit dicens. Hoc lumen non accendetur donec dominus se de suo inimico vindicet. et ecclesia qd̄ amisit recuperet. Et ecce p̄positus grauissimis iterum febribus laborauit. Misitq̄ nuncios ep̄o vt pro se oraret. et agrum suum et alium sibi simez redderet. Cui cū ep̄scopus respōderet. iam orauit et exaudiuit me deus. ipse ad eum se portari fecit et vt ecclesiam intraret adorandū coegit. Ep̄s dum ecclesiam ingreditur. ille subito moritur. et ager ecclesie restituitur.

De sancto Nicolao iii. ¶



Nicolaus dicitur a nicos qd̄ est victoria. et lacus quod est populus. inde nicolaus quasi victoria populi. id est victoz que popularia et villa sunt. Uel dicitur victoria populi. quia multos